



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Sententia vi. I Cor. xv. Per hominem mors, & per hominem resurrectio
mortuorum. lxxiiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

toris insidia? Sed quis audeat accusare, quos electos diuino cernit iudicio? Num Deus pater ipse qui contulit, potest dona sua rescindere: & quos adoptione suscepit, eos à paterni affectus gratia relegare? Sed mortuis, ne iudex seuerior sit. Considera quem iudicem habebas. Nempe Christo dedit Pater omne iudicium. Pateris te ergo ille damnare, quem redemit à morte; pro quo se obtulit: cuius vitam sua mortis mercedem esse cognoscit? Nonne dicit: *Que utilitas in sanguine meo, si damno quem ipse saluauit?* Deinde consideras iudicem, non consideras Aduocatum? Potest ipse seueriore ferre sententiam qui interpellare non desinit, ut paterna reconciliationis in nos conferatur gratia?

SENTENTIA V. Roman. 14.

In hoc Christus mortuus est, & resurrexit: ut & uiuorum & mortuorum dominetur.

PARACLESIS.

CAPVT LXXIII. **H**oc persuadeas tibi, quòd curam gerat Dominus infirmorum, ut erigantur, consolidenturque. Qui enim sanguinem suum fundere, nec non mori sustinuit, ut nostri dominaretur: quomodo iam nunc nostri non tangeretur sollicitudine, qui serui eius facti sumus?

SENTENTIA VI. 1. Cor. 15.

Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur.

PARACLESIS.

CAPVT LXXIII. **V**ides maximam Iesu Christi D. N. beneficentiam? Peccauit Adam: iustitiam peccando perdidit, mortem inuexit. Christus uero quid? peccatum non fecit: innocentia sua iustitiam reddidit, mortem abstulit, & vitam resurgendo reparauit: denique letitiam sempiternam contulit. Sunt hæc bona prorsus inestimabilia.

ita 25

sicut mens hominis vix audeat ea credere sibi donata
 sicut Iacob patriarcha cum audiret filium suum Ioseph
 regnare in Aegypto, quasi de graui somno euigilans
 non credebatur narrantibus, donec planstra videret a fi-
 lio missa. Ad eundem modum difficile est credere tanta
 bonis indignis in Christo collata, nisi S. Scriptura
 testimonio & fidei adminiculo, tanquam planstra, huc
 per moneamur. Proinde roga quantum potes: clama &
 dic. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mor-
 tis huius? Respondetur tibi: Securus efficeris non de te, sed
 de Domino tuo. Securus efficeris de pignore tuo. Spera
 cum Christo regnum Christi, iam pignus tenes sangui-
 nem Christi. Dic dic: Quis me liberabit de corpore mor-
 tis huius? Ut respondeatur tibi, Gratia Dei per Iesum
 Christum D. N. Non enim sic liberaberis de corpore
 mortis huius, ut hoc corpus non habeas: habebis, sed non
 mortis huius. Ipsum erit: sed non ipsum erit. Ipsum
 erit: quia ipsa caro erit. Non ipsum erit: quia mortale
 non erit. Sed sic liberaberis a corpore mortis huius, ut
 mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile hoc
 accipiat incorruptionem. A quo? Per quem? Gratia
 Dei, per Iesum Christum D. N. quia per unum homi-
 nem mors, & per unum hominem resurrectio mortuo-
 rum. Sicut in Adam omnes moriuntur; inde est quod
 generis: inde est quod cum morte configis: inde est corpus
 mortis huius. Sed sicut in Adam omnes moriuntur: ita
 & in Christo omnes viuificabuntur. Viuificatus acce-
 pit corpore immortali: ubi dicas, Vbi est mors contentio
 tua? Liberatus eris a corpore mortis huius: non tamen
 virtute tua, sed gratia Dei, per Iesum Christum D. N.

Genes. 45.

August. ser.
5. de Verbis
Apost.
Rom. 7.

1. Cor. 15.

toris insidia? Sed quis audeat accusare, quos electos diuino cernit iudicio? Num Deus pater ipse qui contulit, potest dona sua rescindere: & quos adoptione suscepit, eos à paterni affectus gratia relegare? Sed mortuis, ne iudex seuerior sit. Considera quem iudicem habebas. Nempe Christo dedit Pater omne iudicium. Pateris te ergo ille damnare, quem redemit à morte; pro quo se obtulit: cuius vitam sua mortis mercedem esse cognoscit? Nonne dicet: *Que utilitas in sanguine meo, si damno quem ipse saluauit?* Deinde consideras fudicem, non consideras Aduocatum? Potest ipse seueriore ferre sententiam qui interpellare non desinit, ut paterna reconciliationis in nos conferatur gratia?

SENTENTIA V. Roman. 14.

In hoc Christus mortuus est, & resurrexit: ut & uiuorum & mortuorum dominetur.

PARACLESIS.

CAPVT LXXIII. **H**oc persuadeas tibi, quòd curam gerat Dominus infirmorum, ut erigantur, consolidenturque. Qui enim sanguinem suum fundere, nec non mori sustinuit, ut nostri dominaretur: quomodo iam nunc nostri non tangeretur sollicitudine, qui serui eius facti sumus?

SENTENTIA VI. 1. Cor. 15.

Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur.

PARACLESIS.

CAPVT LXXIIII. **V**ides maximam Iesu Christi D. N. beneficentiam? Peccauit Adam: iustitiam peccando perdidit, mortem inuexit. Christus uero quid? peccatum non fecit: innocentia sua iustitiam reddidit, mortem abstulit, & vitam resurgendo reparauit: denique letitiam sempiternam contulit. Sunt hæc bona prorsus inestimabilia.

ita 25